1°
14146

COMITIS
IO: FRANCISCI
ANDREOLI
CONTROVERSIARVM
FORENSIVM,

Partes Quinque.

IO: FRANCISCI ANDREOLI

I.C. Eugubini, Comitis Riuaſsi, & Excelſi Conſilij Placentiæ, & Parmæ Præſidis.

CONTROVERSIARVM FORENSIVM.

Pars Prima.

In quibus variæ iuris Quæſtiones excitatæ acutiſsimè enucleantur.

Opus ſanè eruditum, & omnibus in foro verſantibus apprime vtile, & neceſſarium.

Adiectis in fine Operis Collectaneis de PIGNORIBVS, *&* HYPOTHECIS *eiuſdem Authoris.*

Cum duplici, altero Argumentorum Controuerſiarum, altero Rerum, ac Verborum notabilium Indice.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

VITALIANVM VICECOMITEM BORROMAEVM

Vtriuſq; Signaturæ S.D.N. Papę Referendarium, ac S. Romanæ Rotæ Auditorem.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. LXII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

ILLVSTRISS.$^{MO.}$ ET REVERENDISS.^{MO} D. D.

VITALIANO

VICECOMITI BORROMÆO

Vtriuſque Signaturæ S. D. N. Papæ Referendario, ac S. Romanæ Rotæ Auditori.

Io: Antonius Bertanus S. P. D.

COndita luce in primo mundi exortu, à rerum omnium Molitore Deo, qua ſatis tunc illuſtrata ſplendebant, quæcunq; Cœli ambitu continebantur; non ſuperuacuum, non inutile Diuinus ille Opifex exiſtimauit quarto die primogenitæ luci ſuper addere ſolem, vt Theſauros ſuos largius aperiret, maioriq; lumine mundum ditaret. Lux de ſe ſatis ſplendida ſunt opera Clariſſimi Viri Io: Franciſci Andreoli, quæ non modo Eugubium eius Patriam, non modo Parmam, & Placentiam Illuſtriſs. Italiæ Vrbes, quarum Conſilijs præeſt, valeant illuſtrare, ſed omnibus Europæ Accademijs Sapientię lumen afferre. Verum vt arbitrar digniſſimum commendatione erit, nouum in eius fronte lumen apponere, ſeù potiùs luçidiſſimum Solem nimirùm VITALIANVM VICECOMITEM, qui ſplendore ſanguinis, nobilitate Patriæ, muneribus primarijs, quæ ſuſtinuit, doctrinæ præſtantia, integritate Vitæ, morum ſuauitate, ſcriptorem quemcumque clariſſimum clariorem reddere, & illuſtrare abundè ſufficiet. Quis enim eſt, qui neſciat Vicecomitum nomen in Bello, & in pace fuiſſe, & eſſe tàm Clarum, vt inter celeberrimas primæ notæ familias in Italia ab Hiſtoricis antiquis, & nouis adnumeretur? Poſſem hic ego Mediolanenſes Duces, exercituum plurimos Imperatores, affinitates ampliſſimas cum Dynaſtis, cum Regibus, cum Auſtriacis, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Apoſtolicos Nuncios, Legatos, Cardinales non paucos, alioſq; ſexcentos recenſere, qui Vicecomitum familiam quaſi gemmæ lectiſſimæ coronant. Sed quia veluti ſuperuacaneum, ac penè ridiculum eſſet lumen ſolis digito commonſtrare, cum ſua ſatis ſe ipſum immenſitate lucis oſtendat, ſic vaniſſimum eſſet, & ab Epiſtolæ breuitate longè alienum multas hic paginas terere in eximia Vicecomitum nobilitate laudanda,

IO: FRANCISCI ANDREOLI I·C· EVGVBINI

CONTROVERSIARVM FORENSIVM.

ARGVMENTVM.

Trebellianica an poſſit prohiberi filijs primi gradus.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica filijs primi gradus prohiberi non poteſt.*

2 *Teſtator non poteſt iubere, quod filij primi gradus imputent fructus in trebellianicam, & ideo multo minus eam poterit prohibere.*

3 *Diminuere qui non poteſt aliquid, multo minus prohibere.*

4 *Directè quod non licet, nec etiam indirectè.*

5 *Trebellianica, & falcidia æquiparantur.*

6 *L. iubemus C. ad Trebell. non corrigitur a §. ſi vero expreſſo in Auth. de hæred. & falcid. nec ab auth. ſed cum teſtator C. ad l. falcid.*

7 *L. iubemus fuit introducta fauore ſpeciali liberorum.*

8 *Lex noua corrigens non cenſetur corrigere leges, quæ loquuntur in caſibus ſpecialibus niſi fiat ſpecialis mentio.*

9 *In generali ſermone non veniunt ea, quæ ſpeciali ſermone digna ſunt.*

10 *Trebellianica debita filijs eſt alterata, & magis participat de natura legitimæ, quam ſimplici Trebellianicæ.*

11 *Eccleſiarum parochialium appellatione non veniunt Eccleſiæ parochialis collegiatæ in materia ſtricta.*

12 *Clericorum appellatione in materia ſtricta, & odioſa non veniunt clerici in dignitate conſtituti.*

13 *Filijs iure antiquo omnia bona debeantur.*

14 *Filij viuo patre dicuntur, quaſi domini bonorum paternorum.*

15 *Cauſa immediata potentior eſt remota.*

16 *Lex generalis corrigens non corrigit in caſibus in quibus eſt minor ratio corrigendi.*

17 *Generi per ſpeciem derogatur, non e contra.*

18 *Lex noua declaratur per antiquam.*

19 *Lex correctoria etiamſi in modico operetur, reſtringenda eſt ut minus detur correctio.*

20 *Lex noua extenditur, quando fit reditus ad ius antiquum declar. num. 21.*

22 *L. iubemus ſi corrigeretur per illos duos textus, illorum diſpoſitio vel eſſet ſuperflua, vel iniqua.*

23 *Filij non detrahunt falcidiam, quia detrahunt legitimam.*

24 *Filij ſine cauſa non poſſunt priuari legitima.*

25 *Ex L. iubemus rectè infertur ad prohibitionem, licet loquantur de imputatione.*

26 *Pater poteſt relicta filio legitima de reliquo diſponere ad ſui libitum declar. n. 27.*

28 *Trebellianica non poteſt primi gradus filijs prohiberi etiam ſi duæ quartæ detrahantur.*

29 *Trebellianica detrahi non poteſt, quando fideicommiſſum fuit imperſonaliter relictum. Contr. n. 31. & ſeqq. Declar. num. 36.*

30 *Fideicommiſſum quando dicitur relictum a filio, & quando ab hæredibus legitimis filij.*

31 *Teſtator non poteſt plus grauare hæredem hæredis, quam hæredem ipſum.*

32 *Filius poteſt alienare bona vſque ad quantitatem legitimæ, & trebellianicæ, cum non comprehendantur in fideicommiſſo.*

33 *Inteſtatus decedens, dicitur diſponere inuenientes ab inteſtato.*

34 *Grauari quis non poteſt in plus, quam fuerit honoratus.*

35 *Pater pro filio in pupillari ætate conſtituto poteſt teſtari Declar. num. 36.*

37 *Trebellianica an poſſit prohiberi filijs primi gradus eſt attendenda loci conſuetudo.*

CONTROVERSIA PRIMA.

ADhæreo firmiter concluſioni alias a me firmatæ ſuper teſtamento q. D. Sebaſtiani de Ranghiaſcis Trebellianicam ſcilicet ab eo D. Leonæ ſuæ filiæ prohiberi minimè potuiſſe ſecundum communiorem ſententiam, quam ſectantur. *Gloſ. in auth. ſed cum Teſtator. C. ad l. Fal. Bart. in l. quod de bo-*

nis

BIBLIOPOLA
BENIGNO LECTORI.

CAndide Lector, hæc quæ infra aſpicies Collectanea de Pignoribus, & Hypothecis Illuſtriſ., & Excellentiſ. D. Comes, & Præſes ANDREOLVS ſui priuati ſtudij cauſa compoſuerat, non autem animo ea in lucem emittendi; verum quia maximè vtilia futura conſideraui, fuit in cauſa, vt enixè rogauerim, habuerim, & impetrauerim poſt Controuerſias imprimi. Accipe igitur læto animo, & eis fruere, & vale.

COLLECTANEA
DE
PIGNORIBVS, ET HYPOTHECIS
COMITIS ANDREOLI.

ALimenta an habeant hypothecam, *Merlin. contr. 61. Seſſe deciſ. 26. Reutnaſch. conſ. 48. n. 4. Conſol. ad Peregrin. de fideicomm. fol. 2. Fontanell. de paƈt. clauſ. 6. gloſſ. 3. part. 3. nu. 4. Gratian. cap. 366. & 634. Caren. reſolut. 20. Garon. reſol. 10. num. 2. Catiloual de iudic. diſputat. 29. Salgad. de concurſ. pag. 69. & cap. 14. & pag. 201. Baron. de citat. in addit. ad quaſt. 19 num. 59. Ambroſin. deciſ. 19. Giurb. obſeruat. 94. Felician. de cenſib. cap. 5. n. 17. Caren. reſol. 20. n. 11. Merend. contr. lib. 6. cap. 6. & lib. 20. cap. 50.*

Aditione hæreditatis an confundatur hypotheca, *Seſſe deciſ. 46. Donat. Anton. de Marin. reſol. cap. 38. Rot. conſ. 54. Caball. conſ. 82 num. 12. & conſ. 112. num. 4. Melius allegat. 52. num. 29. part. 2. Gratian. cap. 203. & cap. 204. Scipio Rendin. tit. de action. num. 22.*

Anterior creditor an noceat pecuniam ſolutam poſteriori, *Marin. cap. 64 part. 2. & cap. 71. part. 1. Caſtill. contr. lib. 4. cap. 61. Cancer reſolut. part. 2. cap. 6. num. 177. Fontanell. de paƈt. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 6. num. 32. Cyriac. contr. 138. & 139. Baron. ſingular. 133. Merend. contr. lib. 6. cap. 6. & lib. 20. cap. 50. Noguerol. allegat. 2. Koppen deciſ. 62. Salgad. de concurſ. pag. 81. num. 51. & ſeqq. Giurb. obſeruat. 24.*

Aſſenſum creditores poſteriore habentes, an præferantur creditoribus anterioribus ſine aſſenſu *Marin. cap. 61. tom. 2. Montan. contr. 27. Melius allegat. 5. 11. 28. 44. & 100. part. 2. Salgad. de concurſ. pag. 544. Merend. contr. lib. 24. cap. 48. num. 114.*

Alienatio non impeditur ex hypotheca *Fontanell. de paƈt. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 9. num. 31. Salgad. de concurſ. cap. 9. 10. & 11. Cranett. conſ. 389. 483. & conſ. 765. Cyriac. contr. 490. num. 52.*

Antichriſis contraƈtus an validus, *Mart. conſ. 17. Koppen deciſ. 21. Leotard. de vſur. quaſt. 11. 13. 14. 15. 16. 28. & 98.*

Alienæ rei pignus non valet, *Leotard. de vſur. quaſt. 54. num. 3. Giurb. obſeruat. 59. num. 7. & obſeruat. 93. num. 6. Cyriac. controuerſ. 425. & 490. Salgad. de concurſ. pag. 87. num. 37. Pacific. de Saluian. inſpeƈt. 3. cap. 2. num. 344.*

Alienare prohibitus an poſſit hypothecam conſtituere, *Cranett. conſ. 427. num. 5. & conſ. 964. num. 30. Gratian. cap. 853. num. 17. & cap. 251. num. 55. cap. 580. num. 27. & cap. 594. num. 6. Garon. reſolut. 10. num. 17. Marin. cap. 27. part. 2. Neguſant. ium. conſ. 412. num. 11. Cyriac. controuerſ. 189. num. 21. & 22. Gizzarell. deciſ. 74.*

Adminiſtratoris bona an ſint tacite obligata pro adminiſtratione, *Gratian. cap. 935. numer. 22. & ſeqq. Thor. vot. 73. & 74. part. 2. Caren. reſolut. 18. num. 2. Rot. poſt Merlin. de pignor. deciſ. 79. Cyriac. controuerſ. 182. Merend. controuerſ. lib. 2. cap. 29. & lib. 24. cap. 13. Baron. de citation. in annot. ad quaſt. 23. Koppen deciſ. 28. Marin. cap. 148. part. 1. Statil. ad Saluian. inſpeƈt. 3. cap. 4. num. 409. 507. & ſeqq. Muñoz de ratioc. cap. 39. Noguerol. alleg. 1.*

Acceſſoria eſt hypotheca ad principalem obligationem, *Gratian. cap. 366. num. 16. & cap. 804. num. 71.*

Adminiſtrationis vnius creditores non confunduntur cum creditoribus alterius, *Salgad. de concurſ. pag. 70. num. 43. & ſeqq. et part. 2. cap. 12. Fontanell. de paƈt. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. num. 12. Caball. conſ. 93. Thor. vot. 79. num. 38. part. 2. Merend. controu. lib. 24. cap. 48. num. 110. Noguerol. alleg. 11. num. 149.*

Alienari prohibita an veniant in generali obligatione, *Gratian. cap. 853. num. 10. Salgad. de concurſ. lib. 1. cap. 31.*

Ante-